

LETTERE APOSTOLICHE
DELLA SANTITÀ DI NOSTRO SIGNORE
PAPA PIO SETTIMO
CON LE QUALI SI CONDANNA LA SOCIETÀ

D E T T A

D E' C A R B O N A R I

R O M A M D C C C X X I .

NELLA STAMPERIA DELLA REV. CAM. APOST.

PIUS EPISCOPUS

PIO VESCOVO

SERVUS SERVORUM DEI

SERVO DE' SERVI DI DIO

*Ad perpetuam rei memoriam.**A perpetua memoria.*

*E*cclesiam a Jesu Christo Salvatore Nostro supra firmam petram fundatam, et adversus quam ipsemet Christus promisit numquam portas inferi praevalituras, tot saepe, ac tam formidolosi hostes aggressi sunt, ut nisi divina illa, et quae transire non potest promissio intercessisset, metuendum videretur, ne Ipsa illorum aut vi, aut artibus, aut calliditate circumventa, penitus interiret. Quod vero superioribus temporibus evenit, id etiam et praecipue quidem luctuosa hac nostra aetate factum est, quae novissimum illud tempus esse videtur tanto ante ab Apostolis praenuntiatum, quo (1) venient illusores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Nec enim quemquam

Tanti e così fieri nemici presero sovente a perseguitare la Chiesa dal Redentor Nostro Gesù Cristo fondata sopra ferma pietra, e contro cui, giustamente le promesse dello stesso, mai non prevarranno le porte dell' inferno, che se non vi fosse intervenuta tal divina ed immanchevole promessa sembrava che avesse dovuto talvolta temersene la distruzione o per le violenze, o per le manovre, o per gl' inganni de' medesimi. E ciò che videsi accadere ne' tempi passati, si è anche in particolar modo rinnovato in questa infelice età nostra, che sembra essere quel tempo estremo preannunziato già tanti secoli innanzi dagli Apostoli, in cui (1) *sarebbero venuti degl' impostori caminando, a*

(1) In Epist. B. Judae Ap.
v. 18.

latet quanta scelestorum hominum multitudo difficilimis hisce temporibus convenerit in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus, qui id praecipue curant, ut deceptis per philosophiam, et inanem fallaciam (2) fidelibus, et ab Ecclesiae doctrina avulsis, ipsam Ecclesiam, irrito licet conatu, labefactent, et evertant. Quod ut facilius assequerentur eorum plerique occultos coetus, clandestinasque Sectas coegerunt, ex quibus futurum sperabant, ut plurimos in suae conjurationis et sceleris societatem liberius pertraherent.

Jampridem Sancta haec Sedes, his Sectis detectis magna liberaque voce contra eas clamavit, et consilia, quae clam ab iis essent inita contra Religionem, imo et contra civitatem Societatem, patefecit. Jampridem omnium excitavit diligentiam ut caverent ne

seconda dei proprij desiderj, nella empietà. Poichè sa ognuno quale moltitudine di uomini scellerati in questi difficilissimi tempi siasi insieme riunita contro il Signore, e contro il suo Cristo, ad oggetto principalmente di combattere e distruggere, sebbene con inutile sforzo, la Chiesa, ingannando, e distaccando i fedeli dalla dottrina della Chiesa stessa per mezzo di una vana e fallace filosofia (2). Per giungere poi più agevolmente a tale intento, molti di essi formarono occulte Adunanze, e Sette clandestine, sperando di potere in tal modo più liberamente attirare gran numero di persone ad essere complici della loro congiura, e dei loro delitti.

È già gran tempo che questa S. Sede venuta al discoprimiento di simili Sette, sollevò contro di esse libera ed alta la voce, ed appalesò le macchinazioni, che quelle segretamente imprevedano contro la Religione non solo, ma ben anche contro la civile società. Nè

(2) Coloss. Cap. 2. v. 8.

his Sectis id conari liceret quod nefarie meditabantur. Verum dolendum est his Sedis Apostolicae studiis non eum exitum respondisse quem ipsa spectabat, et scelestos homines numquam a suscepto consilio destitisse, unde consequuta tandem ea mala sunt, quae Nosmetipsi perspeximus. Imo homines, quorum superbia ascendit semper, novas etiam secretas Societates inire ausi sunt.

lasciò di eccitare la diligenza di tutti, onde farli cauti affichè queste Sette non potessero tentare di eseguire ciò, che iniquamente meditavano. Ma è molto a dolersi che queste sollecitudini dell' Apostolica Sede non abbiano sortito l' esito che Essa si era proposta; e che uomini perversi non abbiano mai desistito dal pravo impegno, onde poi sono finalmente derivati quei mali, che Noi stessi abbiamo veduti: anzi tali uomini, dei quali sempre più cresce la superbia, osarono eziandio d' istituire delle altre nuove segrete società.

Commemorari hoc loco debet Societas nuper orta, et longe lateque in Italia, aliisque in regionibus propagata, quae licet in plures Sectas divisa sit, ac pro earum varietate diversa ac distincta inter se nomina aliquando assumat, re tamen, sententiarum et facinorum communione, et foedere quodam inito una est, et Carbonariorum plerumque solet appellari. Simulant illi quidem singularem observantiam, et mi-

Deesi qui nominare quella società non ha guari nata, e diffusa estesamente in Italia, e in altre regioni, la quale comechè sia divisa in più Sette, ed abbia perciò secondo la loro diversità nomi ancora diversi e distinti, in sostanza però e per la unione de' sentimenti, e de' delitti, e per una certa lega scambievolmente è una sola, e comunemente suoie chiamarsi *dei Carbonari*. Affettano in verità costoro uno straordinario impegno

rificum quoddam studium in Catholicam Religionem, et in Jesu Christi Servatoris Nostri Personam, et doctrinam, quem etiam Societatis suae Rectorem, et magnum Magistrum nefarie aliquando audent appellare. Verum sermones hi, qui super oleum molliti videntur, nihil aliud sunt quam jacula ad tutius vulnerandos minus cautos a callidis hominibus adhibita, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Sane severissimum illud jusjurandum quo veteres Priscillianistas magna ex parte imitantes pollicentur se nullo unquam tempore, nullo casu vel patefacturos hominibus in Societatem non adscriptis quidquam quod eam Societatem respiciat, vel communicaturos cum iis qui in gradibus inferioribus versantur aliquid quod ad gradus pertineat superiores; clandestina illa praeterea, et illegitima conventicula, quae more a pluribus haereticis usurpato ipsi habent, et cooptatio hominum cujuscumque Religio-

ed un singolare rispetto per la Cattolica Religione e per la Persona e la dottrina di Gesù Cristo Salvator nostro, cui osano con nefando ardire di chiamare ancora alcune volte Rettore e gran Maestro della loro Società. Ma questi discorsi che sembrano più dolcemente molli dell'olio, non altro sono, che dardi per ferirne con più sicurezza i meno cauti, adoperati da persone scaltrite, le quali vengono sotto vesti di agnello, ma sono internamente lupi rapaci.

Di fatti quel rigorosissimo giuramento, con cui, ad esempio degli antichi Priscillianisti promettono di non mai manifestare in alcun tempo, e per alcun caso ad uomini non ascritti alla società cosa alcuna che la riguardi, e di non mai comunicare cose spettanti ai gradi superiori, a quelli che sono ne' gradi inferiori; ed inoltre quelle occulte, ed illegittime conventicole che tengono secondo l'uso di molti Eretici; e l'ammissione in quelle di uomini di qualunque Religione, e Setta, sebbene mancassero altre

nis, et Sectae in suam Societatem, etsi cetera deessent, satis persuadent nullam memoratis eorum dictis fidem haberi oportere.

Verum conjecturis et argumentis opus non est, ut ita de eorum dictis iudicetur quemadmodum superius indicatum est. Libri ab ipsis typis editi, quibus ratio describitur quae in conventibus superiorum praesertim graduum adhiberi solet, eorum Catechismi, et Statuta, aliaque authentica et ad fidem faciendam gravissima documenta, nec non eorum testimonia qui cum eam Societatem deseruissent cui antea adhaeserant, ejus errores et fraudes legitimis iudicibus patefecerunt, aperte declarant, Carbonarios id praecipue spectare, ut magnam licentiam cuique dent Religionem, quam colat, proprio ingenio, et ex suis opinionibus sibi fingendi, indifferentia in Religionem inducta, qua vix quidquam excogitari potest perniciosius; ut Jesu Christi passionem per nefarias quasdam suas caeremonias profanent ac polluant; ut Ec-

prove, convincono bastantemente, che nessuna fede devesi averli alloro surriferiti discorsi.

Ma non vi è bisogno di congetture e di argomenti per dover formare dei lor detti il giudizio che si è di sopra indicato. I libri da essi dati alla luce, ove si descrive il sistema delle loro Adunanze, specialmente de' gradi superiori, i loro Catechismi, e gli Statuti, ed altri documenti autentici, ed oltre modo rilevanti per far fede, non che le testimonianze di quelli che dopo avere appartenuuto a questa Società l' abbandonarono, e ne palesarono a legittimi Giudici gli errori, e le frodi, dimostrano chiaramente, che i Carbonari hanno per principale oggetto di dare a chicchessia ampia licenza di fabbricarsi a proprio talento, e secondo le proprie opinioni la Religione da tenersi, introducendo così l'indifferentismo religioso, di cui appena potrebbe immaginarsi cosa più pernicioso; di profanare e deturpare con certe loro sacrileghe caeremonie la Pas-

clesiae Sacramenta (quibus nova alia a se per summum scelus inventa substituere videntur) et ipsa Religio- nis Catholicae Mysteria contemnant utque Sedem hanc Apostolicam evertant, in quam, quoniam in ea Apostolicae Cathedrae semper viguit principatus (3), singulari quodam odio afficiuntur, et pestifera quaeque, ac perniciosa moliuntur.

Nec minus, ut ex iisdem constat monumentis, scelesti sunt quae Carbonariorum Societas tradit de moribus praecepta, quamvis confidenter iactet se a suis sectatoribus exigere ut charitatem ac omne virtutum genus excolant et exercent, ac diligentissime ab omni vitio absterneant. Itaque libidinis voluptatibus impudentissime ea favet, docet licere eos interficere qui datam de secreto, quod superius memoratum est, fidem non servaverint; et licet Apostolorum Princeps

sione di Gesù Cristo : di farsi scherno degli stessi misterj della Religione Cattolica, e dei Sagramenti della chiesa, a quali sembrano volerne sostituire de' nuovi da loro con eccesso di empietà inventati; e di rovesciare questa Apostolica Sede, contro la quale, siccome quella in cui sempre risiedette il principato della Cattedra Apostolica (3), hanno un odio particolare, e macchinano perciò i più pestiferi e ruinosi progetti.

Nè, come dagli stessi autentici documenti è comprovato, sono meno empj i precetti che la società de' Carbonari insegna sul costume, sebbene sfacciatamente si vanti di esigere dai suoi seguaci, che mantengano ed esercitino la carità e ogni genere di virtù, e con la massima diligenza si astengano da ogni vizio. Pertanto essa sfrontatamente favorisce lo sfogo delle libidinose voluttà: insegna esser lecito uccidere quelli che manchino al segreto, del quale abbiamo

(3) S. Aug. Ep. 43.

Petrus praecipiat, ut Christiani (4) omni humanae Creaturae propter Deum subjecti sint, sive Regi quasi praecellenti, sive Ducibus tamquam ab eo missis etc., jubeatque Paolus Apostolus (5) ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, ea tamen Societas docet integrum esse seditio-nibus excitatis Reges, ceterosque Imperantes, quos per summam injuriam Tyrannos passim appellare audeat, sua potestate expoliare.

parlato di sopra ; e sebbene il Principe degli Apostoli S. Pietro comandi ai Cristiani di essere subordinati ad ogni umana creatura a riguardo di Dio , sia al Re come a colui che tiene il Principato , sia ai Duci , come mandati da lui ec. ; e l'Apostolo S. Paolo ordini, (5) che ogni anima sia soggetta alle potestà più sublimi, cioè non ostante quella società insegna, che alzato il vessillo della rivolta, è permesso spogliare della loro autorità i Re, ed ogni altro Imperante, che per somma ingiuria osa chiamare comunemente col titolo di Tiranni.

Haec aliaque hujus Societatis dogmata et praecepta sunt. Ex quibus ea extiterunt in Italia facinora nuper a Carbonariis commissa, quae adeo gravem honestis piisque hominibus moerorem attulerunt. Nos igitur qui Speculatores Domus Israel, quae est Sancta Ecclesia, constituti sumus, et qui pro pastoralis Nostro mune-

Questi ed altri non dissimili sono i principj, e gli insegnamenti di questa società, dai quali risultarono recentemente in Italia, per opera de' Carbonari, quei delitti che sì acerbo dolore arrecarono agli uomini pii ed onesti. Noi dunque i quali siamo stati costituiti vigili Osservatori della Casa d' Israello, che è la Santa Chiesa,

(4) Ep. 1. Cap. 2. v. 13.

(5) Rom. Cap. 3. v. 14.

re cavere debemus ne dominicus grex Nobis divinitus creditus ullum damnum patiat, existimamus in causa tam gravi non posse ab impuris horum hominum conatibus cohibendis abstinere. Exemplo etiam commovemur felicitis recordationis Clementis XII. et Benedicti XIV. Praedecessorum Nostrorum, quorum alter IV. Kalendas Majas anni 1738. Constitutione in eminenti, alter XV. Kalendas Junias anni 1751. Constitutione Providas, damnarunt et prohibuerunt Societates dei Liberi Mura-tori, seu Francs Maçons, aut alio quocumque nomine pro regionum et idiomatum varietate appellatas, quarum Societatum fortasse propago, vel certe imitatio haec Carbonariorum Societas existimanda est. Et quamvis jam duobus Edictis per Nostram Status Secretariam propositis hanc Societatem graviter Nos prohibuerimus, memoratos tamen Praedecessores No-stros sequentes, graves poenas in hanc Societatem solemniori quidem ratione decernendas putamus, prae-

e che pel Pastorale Nostro Ministero dobbiamo procurare, che il gregge cristiano, a Noi dalla divina Provvidenza affidato non soffra alcun danno, crediamo di non poterci dispensare in causa sì grave dal porre un freno agl' impuri sforzi di siffatti uomini. Siamo a ciò ancora stimolati dall' esempio della felice memoria di Clemente XII. e Benedetto XIV. Nostri Predecessori, de' quali il primo con la Costituzione *In eminenti* del 28 Aprile 1738, ed il secondo con la Bolla *Providas* del 18. di Maggio 1751., condannarono e proibirono le Società dei *Liberi Mura-tori* ossia *Francs Maçons*, o con qualunque altro nome chiamate secondo le varietà de' paesi, e degli idiomi, delle quali società deve forse reputarsi una emanazione, o al certo una imitazione quella de' *Carbonari*. E sebbene con due Editti emanati per organo della Nostra Segreteria di Stato Noi abbiamo già severamente proibita questa società, sulle tracce tuttavia de' lodati nostri Predecessori crediamo di doverla anche più solenne-

sertim cum Carbonarii passim contendunt se duabus illis Clementis XII. et Benedicti XIV. Constitutionibus non comprehendi, nec sententiis et poenis in illis latis subiecti.

Auditaigitur selecta Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, et de ejus consilio, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine praedictam Societatem Carbonariorum, aut alio quocumque nomine appellatam, ejus coetus, conventus, collationes, cggregationes, conventicula damnanda et prohibenda esse statuimus, et decrevimus, prout praesenti Nostra perpetuo valitura Constitutione damnamus, et prohibemus.

Quocirca omnibus et singulis Christi fidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, ac praeeminentiae, sive Laicis, sive Clericis tam Saecularibus, quam Regularibus, etiam specifica

mente proscrivere sotto gravi pene, tanto più che i Carbonari pretendono di non essere compresi nelle due citate Costituzioni, nè di soggiacere alle pene in esse sanzionate.

Udita quindi una scelta Congragazione di Venerabili Nostri Fratelli Cardinali della S. R. C., e col di lei consiglio, e anche di moto proprio, e per certa scienza, e matura nostra deliberazione, e colla pienezza dell' Apostolica Autorità abbiamo determinato, e decretato di condannare e di proibire, siccome colla presente nostra Costituzione da valere in perpetuo condanniamo e proibiamo la suddetta Società de' Carbonari, o con qualunque altro nome si chiami, e le sue adunanze, unioni, congregazioni, associazioni, e conventicole.

Laonde a tutti e singoli i Cristiani di ogni stato, grado, condizione, ordine, dignità e preeminezza, o laici, o chierici, tanto secolari che regolari, degni anche di speciale e d'individuale menzione ed espres-

et individua mentione et expressione dignis, districte et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne quis sub quovis praetextu, aut quaesito colore audeat vel praesumat praedictam Societatem Carbonariorum, aut alias nuncupatam, inire vel propagare, confovere, ac in suis aedibus, seu domibus, vel alibi receptare atque occultare, illi et cuicumque ejus gradui adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem seu commoditatem facere ut alicubi convocetur, eidem aliquid ministrare, seu alias consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directe, aut indirecte, per se, vel per alios quoquo modo praestare, nec non alios hortari, inducere, provocare, ac suadere ut hujusmodi Societati, aut cuicumque ejusdem gradui adscribantur, annumerentur, aut intersint, vel ipsam quomodo libet juvent, ac foveant; sed omnino ab eadem Societate, ejusque coetibus, conventibus, aggregationibus, sec conventiculis prorsus abstinere se debeant

sione, comandiamo strettamente e in virtù di santa obbedienza, che nessuno sotto qualunque pretesto, o mendicato colore ardisca o presuma di entrare nella sopradetta società de' Carbonari, o in altro modo nominata, di propagarla, fomentarla, e riceverla, od occultarla nelle proprie case, o abitazioni, o in altri luoghi; di ascriversi, o aggregarsi alla medesima, o a qualsiasi suo grado; d'intenerirvi, o di dare il permesso e il comodo, che altrove si aduni; di somministrarle alcuna cosa, o prestarle in qualsivoglia modo consiglio, ajuto, o favore in pubblico, e in privato, direttamente, o indirettamente per se, o per altri; non che di esortare, indurre, provocare, e persuadere altri che si ascrivano, si associno, o intervengano alla medesima società, o ad alcun suo grado, o in qualunque modo la proteggano, e favoriscano: ma comandiamo, che da essa società, e dalle sue adunanze, unioni, congregazioni, conventicole si debbano onninamente tener lontani, sot-

sub poena Excommunicationis per omnes, ut supra, contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem, pro tempore existentem, praeterquam in Articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Praecipimus praeterea omnibus sub eadem Excommunicationis poena Nobis et Romanis Pontificibus Successoribus Nostris reservata, ut teneantur denunciare Episcopis, vel ceteris ad quos spectat, eos omnes quos noverint huic Societati nomen dedisse, vel aliquo ex iis criminibus quae commemorata sunt, se inquinasse.

Postremo ut omne erroris periculum efficacius arceatur, damnamus, et proscribimus omnes Carbonariorum, ut ajunt, Catechismos, et Libros, quibus a Carbonariis describuntur quae in eorum conventibus geri solent; eorum etiam Statuta, Codices, ac Libros omnes ad eorum defensionem excharatos, sive typis editos, sive manuscri-

to pena di Scomunica per chiunque vi contravenga, da incorrersi *ipso facto*, e senza altra dichiarazione, e dalla quale niuno possa essere assoluto da altri, che da Noi, o da' Nostri Successori, fuorchè nel punto di morte.

Inoltre comandiamo a tutti, sotto la stessa pena di Scomunica riservata a Noi ed ai Romani Pontefici Nostri Successori, che siano tenuti a denunciare ai Vescovi, o a quelli a' quali spetta, tutti coloro che sappiano essere ascritti a questa società, o di essersi resi colpevoli di alcuno di quei delitti de' quali si è fatta di sopra menzione.

Finalmente, acciò più efficacemente si tolga ogni pericolo di errore, condanniamo, e proscriviamo tutti li così detti Catechismi dei Carbonari, e i libri, nei quali dai Carbonari si descrive ciò che suol farsi nelle loro Adunanze i loro Statuti, Codici, e tutti i libri formati per loro difesa o stampati, o manoscritti; e a tutti i Fedeli, sotto la

ptos ; et quibuscumque Fidelibus sub eadem poena majoris Excommunicationis eodem modo reservatae prohibemus memoratos Libros , vel eorum aliquem legere , aut retinere , ac mandamus ut illos vel Locorum Ordinariis , vel aliis ad quos eosdem recipiendi jus pertinet , omnino tradant.

Volumus autem quod praesentium Litterarum Nostrarum transumptis etiam impressis , manu alicujus Notarii publici subscriptis , et sigillo Personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis , eadem fides prorsus adhibeatur quae ipsis originalibus Litteris adhiberetur , si forent exhinitae , vel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis , damnationis , mandati , prohibitionis , et interdictionis infringere , aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit , indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri et Pauli Aposto-

stessa pena di Scomunica maggiore in egual modo riservata , proibiamo di leggere o di ritenere presso di se i menzionati libri o anche solamente qualcuno di essi , e ordiniamo , che senza alcuna eccezione li consegnino o agli Ordinarij de' Luogbi , o ad altri a cui appartiene il diritto di riceverli.

Vogliamo poi che alli trasunti , anche impressi , delle presenti nostre Lettere , sottoscritti da un pubblico Notajo , e muniti col sigillo di persona costituita in dignità Ecclesiastica , si abbia pienamente la stessa fede , che si avrebbe alle medesime Lettere originali , se fossero esibite , o presentate.

Non sia dunque lecito ad alcun uomo di violare , o con temerario ardimento di opporsi a questa Nostra dichiarazione , condanna , mandato , proibizione ed interdetto : se poi alcuno presumesse di ciò attentare , sappia che egli incorrerà la indignazione dell' Onnipotente Iddio , e de' Bea-

*lorum ejus se noverit incur-
surum.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo vigesimo primo Idibus Septembris Pontificatus Nostri Anno XXII.

ti suoi Apostoli Pietro ; e Paolo.

Dato in Roma presso S. Maria Maggiore , l'anno della Incarnazione del Signore 1821 il 13. di Settembre , l'anno XXII. del Nostro Pontificato.

J. CARD.
PRO-DATARIUS

H. CARD.
CONSALVI

G. CARD.
PRO-DATARIO

E. CARD.
CONSALVI

Visa de Curia
D. TESTA

Visto della Curia
D. TESTA

Loco † Plumbi

Luogo † del Sigillo

F. Lavizzarius.

F. Lavizzari.

Die, Mense, et Anno supradictis præsentis Literæ Apostolicæ affixæ, et publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicarum Lateranensis, Vaticanæ et Liberianæ, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curia Innocentianæ, et in aliis Locis consuetis per me Vincentium Bonaglia Apost. Curs.

Felix Castellacci Mag. Curs.